Fragmentarium



349 39.

super numerum
Sacrificium & oblationem noluisti.
Aures autem perfecisti mihi
Holocaustum & pro peccato non postulasti.
tunc dixi ecce uenio
In capite libri scriptum est de me.
ut facerem uoluntatem tuam deus meus volui
& legem tuam in medio cordis mei
Adnuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna.
ecce labia mea non prohibebo dne tu scisti
Iustitiam tuam non abscondi in corde meo.
ueritatem tuam & salutare tuum dixi
Non abscondi misericordiam tuam & ueritatem tuam
a consilio multo
Tu autem dne non longe facias miserationes tuas
a me misericordia tua & ueritas tua
semper suscperunt me
Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus.
comprehenderunt me iniquitates meae
& non potui ut uiderem
Multiplicati sunt super capillos capitis mei
& cor meum dereliquit me